

Ostendit quando fit generatio, & circa hoc duo facit, primo assignat qñ est generatio, secundo quado magis est generatio, ibi. *Maxime autē generabitur.* Dicit ergo primo, q, quando est transmutatio non solum sū passiones, sed etiam sū totam rei substantiam: in quantum, sed licet materia accipiat aliam formam substantialem, ita, scilicet licet quod non maneat aliquid sensibile, quasi sit idem subiectum numero ens actu, puta quando ex toto semine generatur totus sanguis, aut ex toto aere generatur tota aqua, nulla segregatione aut congregatione interueniente, vt Democri. posuit, talis transmutatio est vna generatio, & alterius corruptio. Deinde cum dicit.

**VA TAB.** *Et maxime, si ex insensibili ad id qd aut tactu, aut sensib? uniuersis sensibile est, mutatio fiat, aut cōtra, ut cui ex aere gignitur aqua, aut eadem in aerem corrumpitur, etenim aer propemodum insensibilis est.*

**ANT.**  
**T. c. 24.** Maxime autem generabitur, si transmutabitur ex insensibili in sensibile, aut tactu aut omnibus sensibus: puta quando aqua generatur ex aere, aut corrumpitur in aerem. aer enim mediocriter insensibilis est.

Ostendit quando maxime fit generatio, & dicit, q sū tertium modum supradictum, qui accipitur secundum opinionem multorum, maxime dicitur aliquid generari, quando fit transmutatio ex aliquo, quod non potest bene senti, in aliud, quod est bene sensibile vel secundū tactum, qui grossior est & materialior omnibus sensib?, vnde vulgares secundum ipsum maxime vident aliquid esse sensibile in quantum est palpabile, aut etiam secūditū alios sensus, sicut cum aqua generatur ex aere, videtur esse secundum hunc modū generatio simpliciter: aut, quando corrumpitur in aerem, videtur esse corruptio simpliciter. Aer enim est modice sensibilis, tum propter raritatem, tum quia non excellit in potentia aliqua qualitas actiua, sed passiuā, sū huiusmodi humidum. In igne autem, qui est maior aere, excellit qualitas actiua quae est caliditas, aqua autem est densior aere, & excellit in ea qualitas actiua, quae est frigiditas, terra autem est densissima omnium elementorum. Deinde cum dicit.

**VA TAB.** *Ceterum in hisce si qua e contrarietate affectio eadē remaneat in eo quod ortum est, quae prius in eo quod insenti erat, ceu si, cum ex aere fit aqua, aeris perspicuitas, aut frigus in aqua remaneat, affectionum alteratā eius esse in quod mutatio fiat minime oportet. si minus, erit alteratio. Verbi causa musicus homo corrumpitur, & homo non musicus gignitur, homo uero idem perseuerat. Si ergo musica, atq; musicae uacuitas non esset affectio per se hominis, generatio profecto foret alterius, & alterius corruptio. Quapropter haec hominis affectiones sunt, hominis uero musici hominisq; non musici, generatio atq; corruptio. Nunc autem id, eius quod permanet, affectus est. Proinde circa ea quae eiusmodi sunt, alteratio existit.*

**ANT.** In his autem si aliqua passio manet eadē contrarietatis in generato & corrupto, puta quando ex aere aqua; siambo diaphana, aut frigida, non oportet huiusmodi passionem, sed alteram esse in quam transmutatur. si autem nō, erit alteratio. V. g. musicus homo corruptus est, homo autem manet id idem. Sigitur huius non passio esset, sed sū musica & immusica, huius quidē generatio esset, huius autem corruptio,

**E** Ideo hominis quidem haec est passio, hominis autem musici & hominis immusici generatio quaedam & corruptio. nunc autem passio haec manentis, ideoq; alteratio est secundum talia.

Remouet quandam dubitationem, quia enim dixerat quod subiectum quandoq; manet facta transmutatione circa eius passiones, posset aliquis credere, q omne id, circa quod fit transmutatio aliquo adueniente, esset passio illius manentis. Sed ipse hoc excludit dicens. In his corruptis, quae adiuuicem transmutantur, quandoque manet eadem passio, eadem scilicet i generato et corrupto, sicut quando ex aere fit aqua, ambo autem sunt diaphana, i. transparentia vel frigida. non q aer fit naturaliter frigidus, sed per accidens. Nō enim oportet q huius permanentis, i. diaphani vel frigidi, alterum in quod fit transmutatio, i. aer vel aqua fit passio. Si autem non esset verum quod nunc dicimus, sequeretur q, quando ex aere fit aqua, esset alteratio: semper enim uidentis q, quādo id, quod transmutatur est passio permanentis, est alteratio: tunc autem generatio, quando id quod transmutatur non est passio permanentis. Et hoc manifestat quod dā exemplum, dicitur enim q homo musicus corruptus est, quando homo amittit habitum Musicae: & tunc homo immusicus, id est habens prauitatem Musicae generatus est, eo q musica nō est passio hominis musici, cum sit de eius ratione: similiter immusica est de ratione hominis immusici, vnde homo immusicus non manet idem numero, sed homo manet idem numero. Si ergo musica & immusica nō esset passio hominis, sed esset de eius ratione, tunc per transmutationem musicae & immusicae fieret vnius generatio alterius corruptio: & quia hoc nō est verum, ideo musica est passio hominis: sed hominis musici est generatio et corruptio. et qā homo manet, vt patet, sequitur q musica fit passio permanentis: & ideo alteratio aliqua est secundum passiones permanentium. Si ergo aqua & aer essent passiones diaphani, sicut permanentes, sequeretur q transmutatio aeris ex aqua esset alteratio.

Sed dicitur, vtrum eadem passio numero, quae fit altera pars contrarietatis, possit esse in generato & corrupto, vt supra dictum est, si enim non remaneret eadem, non erit facilius transitus eorum inuicem, quae habent similitudinem, eo q oportet vt troque omnia remouerentur. Similiter videtur sequi, quod simile corrumpitur a suo simili. nam generans corrumpit id quod prius erat. Si autem ponatur quod maneat eadem numero, sequitur primo quod remoto priori subiecto, remaneat posterius, scilicet passio: & q idem numero accidens sit in duobus subiectis. Dicendum ergo quod non manet idem numero, sed id quod prius aer corrumpitur per accidens corruptione subiecti, recedente forma, quae prius erat talis accidentis: & aduenit simile accidens consequens formam de nouo aduenientem, vel accidentem. Et, quia per hoc accidens non erit aliqua repugnantia in agendo & patiēdo, facilius fuit transmutatio. Nec est inconueniens, quod simile corrumpat suum simile per accidens corrumpendo subiectum vel materiam, sic enim maior flamma consumit minorem. Deinde cum dicit,

**H** Cum igitur contrarietatis mutatio in quantitate est accretio, atq; decretio: cum in loco, latio: cum in affectu atq; qualitate, alteratio. At cum id non manet in quo affectum alter aut omnino accidens existit, tum generatio vnius est, & alterius corruptio.

Quando quidem igitur secundum quantum est transmutatio contrarietatis Augmentū, & Diminutio: quando autem secundum locū, latio: quā autem sū passiones & quale, alteratio est: Quando

Aer nō est naturaliter frigidus, sed per accidens

De musica, quae est habitus, non est passio hominis, sed est de eius ratione

Dubium an sit generatio et corruptio

De musica, quae est habitus, non est passio hominis, sed est de eius ratione

VA TAB

ANT